

n. 1. & 2. vol. 3. & Decium conf. 259. num. 5. versic. & stat. te. & n. 6. vers. praterea quod dicitur de clerico.

SUMMARIUM

- 1 Fructus beneficiorum ultimi anni quomodo dividendi sunt inter heredes defuncti & novum beneficii successorem? & n. seq. precipue n. 9. & seq. ubi quod pro rata dividantur.
- 2 Fructus qui post acquisitionem ex causa fideicommissi dominium ex terra percipiuntur ad fideicommissarium pertinent, quantum maior pars anni ante diem, quo fideicommissum cessit, praterita sit.
- 3 Antecessor Ecclesie parochialis, qui eius omnes fructus percipit, debet solvere successori servientem congruam sustentationem.
- 4 Fructus separati a fundo, licet non sint reconditi tempore obitus beneficiati, ad heredes eius pertinent.
- 5 Pensiones annua ex agris, domibus, aliisque pradiis beneficii mortuo eius possessore, ad eum pertinent, iuxta distinctionem l. defuncti ff. de usufr.
- 6 Quid in pensionibus Ecclesiasticis illius anni, quo pensionarius decessit? Idem quod in usufructu, num. 8. Sed contra num. 9. & seq. nempe pro rata. Idem si pensio quotae partis fructuum sit, ut in num. 34. sed de stylo Curie Rom. non soluitur rata pensionis, ut in n. 36.
- 7 Pensio Ecclesiastica usufructui similis est, quia ea morte extinguitur, sicut usufructus.
- 8 Pensionarius fructus beneficii non percipit, sed is, qui titulum habet, qui tamen adhuc non est usufructuario similis.
- 9 Pensio Ecclesiastica, ut frequentius contingit, certe pecunia, non fructuum quantitas, est a possessore beneficii solvenda.
- 10 Fructus beneficiorum (prater Ecclesie cathedralis) Episcopatu Civitat. dividuntur pro rata inter heredes defuncti & novum successorem ultimi anni, quo praedecessor decessit, annusque incipit a die S. Martini mensis Novembris.
- 11 Idem observari solitum est in divisione fructuum Comendatorum S. Jacobi, Calatravae & Alcantarae, ex constitutionibus eorumdem ordinum.
- 12 Fructus dotis ultimi anni, quo durans matrimonium, dividuntur pro rata inter partes.
- 13 Hic annus quomodo debeat computari?
- 14 Divisio fructuum dotis ultimi anni, quo matrimonium duravit, an hodie locum habeat?
- 15 L. 10. tit. 4. de las labores y portiones lib. 3. fori observatur in his regnis.
- 16 Pensiones locationis rei vendita ad quem pertineant? & n. 19 & 20.
- 17 Pensio fundi antea locati & postea venditi ante messem & vindemiarum tempus, ad emptorem integre spectat.
- 18 Idem est in pensione exatta vel cedente post venditionem factam, tamen antequam fructus colligerentur.
- 19 Secus est si fundus vendatur post fructus ipsius perceptos, ante tamen diem pensionis solvenda; Nam pensio hac ad venditorem pertinet, nisi venditio ea lege fiat, ut venditor expellere non possit colonos vel inquilinos; ut in n. 24.
- 20 Empior sibi percipit pensionem cedentem post ipsam venditionem, etiamsi ea situatur pro fructibus ante venditionem perceptis, & hoc specialis sibi favore, quia hoc privilegium emptori sibi datur in compensationem damni, quod cogitur stare colonos sibi.
- 21 Pensio domus locata & postea vendita indistincte pro rata ad emptorem pertinet.
- 22 Divisio fructuum praei venditi ad vitam pendendum sit pro rata temporis, quo vixerit emptor.

- 23 Secus est in legato fructuum alicuius fundi alicui facto quotannis dum viveret, vel dum esset vidua, vel duxerit in aliquo ministerio, hi enim ultimi anni integri ad legatarium pertinent.
- 24 L. Julian. §. si fructibus ff. action. empr. procedit etiam in eo, qui ex pacto de retro vendendo rem retraxit.
- 25 Fructus ad maiorem successorem a die delati maiorem indistincte pertinere debent.
- 26 Sed verius est & tenendum, ut pro rata dividantur inter heredes ultimi possess. & novum successorem.
- 27 A quo tempore hoc casu numerandum sit anni principium, mos regionis observandus.
- 28 Fructus beneficii renuntiati an inter renunciantem & successorem dividantur pro rata?
- 29 Pensionis Ecclesiasticae rata non soluitur, secundum consuetudinem & styllum Romanae Curiae.
- 30 Conseruando Roma in Hispania in causis Ecclesiasticis spectanda est, sine specialis sine generalis sit.

CAPVT XXXIII

De pensione Ecclesiastica, an debeat pro rata temporis, necne?

Fructus Beneficiorum Ecclesiasticorum eius anni, quo mortuus fuit, qui beneficium habebat, qualiter dividendi sint inter heredes defuncti atque novum beneficii successorem? celebris ac perutilis quaestio est, & inter nostrates non satis constituta.

Quidam tamen beneficium habentem usufructuario adhaerentes censent, fructus ante obitum collectos ad heredes defuncti, pendentes vero ad Ecclesiam vel successorem integre pertinere existimant: argum. text. in l. si usufructuarius ff. quibus mod. usufruct. amitt. l. si in singulos in fin. ff. de ann. legat. §. si vero. In l. de rerum divis. text. in l. si sur. & in l. defuncti ff. de usufr. & quemadmodum quis era, per quem text. in praeibenda clerici iam percepta ut probat gl. in l. i. c. de annon. civil. l. i. quae dicit ordinariam loquens in beneficiato, Paulus Cast. in l. dinorio §. non solum, n. 5. ff. solut. matrim. & ibi eius additio: idem tenet gl. & ibi DD. in c. si propter, de rescript. in 6. verb. primi anni, & in c. praesenti, de offic. ord. in 6. verb. reservari, ad fin. & Doct. in c. ultim. de pecul. cler. probat text. in pragmatic. sanctio. Gallic. tit. de annatis, §. item quod si Ecclesia, & ibi gloss. ordin. Cosma Guinter in gloss. acquisitorum circa finem sumptibus glossis teneatur, idem notat, attenta generali consuetudine Franciae, quod fructus Ecclesiastici acquisiti transmittuntur ad heredes: quae etiam est Hispaniae, ut in l. final. tit. 8. l. 5. noua collect. regia ubi late diximus, & hanc opinionem fateatur communem esse Albert. in d. l. dinoria, n. 12. ut refert alios allegans Couart. lib. 1. variat. cap. 15. num. 12. Eandem testatur communem late defendens & probans D. Nauarr. in sua apologia de reddit. Eccles. q. 2. monito 23. per totum, ubi inquit, esse credendum, non solum in theoria a Doctoribus, sed etiam in praxi a iudicibus & partibus eam seruatum esse, praeterquam in Episcopis, Abbatibus & Prioribus conuentualibus, in quibus a paucis ante hac anni constitutionibus Synodalibus aliud statutum est. Idem tamen videmus in fideicommissis: Nam omnes fructus, qui post acquisitionem ex causa fideicommissi dominium ex terra percipiuntur, ad fideicommissarium pertinent, quamuis maior pars anni ante diem, quo fideicommissum cessit, praeterita sit ut in l. Herenn. Modestinus ff. de usufr. & DD. vbi que, per eam vtique in hoc expressam, id tenent & notant, ut affirmat Nauarr. in dict. apolog. de reddit. Eccles. q. 2. monito 15. in princip.

Ex quo text. videtur, veram non esse opinionem Barthol. Soc. conf. 42. n. 6. vol. 3. quem refert & sequitur Auend.

Auend. respon. 5. n. 4. existimantis in hac specie fideicommissarii, quod etiam pensiones locationum & libellorum debita pro fructibus iam perceptis pertineant ad heredem grauarum, argum. d. l. defuncti, ff. de usufr. ubi ita determinatur in usufructuario, qui minus iuris habet, quam haeres fideicommissi grauari, & in hoc recte dicit: tamen in pensionibus ciuilibus, debitis pro fructibus naturalibus non perceptis, pro rata anni fructus esse diuidendos, quia haeres restituit, & necessitate, sicut maritus dote soluto maritum, & tamen inter eos & haeres mulieris sit diuisio fructuum pro rata anni, ut in l. diuortio ff. solut. matr. de quo infra dicemus. Haec namque sententia Soc. & Auend. aperte confundi videtur ex d. l. Herenn. la. 1. & contra eos etiam est gl. magna n. l. in fideicommissi, verb. non lucrum ff. eod. tit. de usufr. ex quibus constat, fructus perceptos post acquisitionem fideicommissi dominium ad fideicommissarium pertinere.

Et quamuis retenta praefata communi sentent. quae inter haeres beneficiati defuncti, & successorem in beneficio loquitur, posset contingere, ut beneficiatus seruaret beneficium semiannum absque vilo emolumento, puta si iam vindemia facta Septembri, acciperet Calend. Octobris beneficium, cique seruaret t. v. que ad Calendas Aprilis, quo in tempore nihil fructuum percipitur, quod esset absurdum: attamen hoc in casu antecessor in Ecclesia parochiali debet soluere illi tantum, quantum ad honestam sustentationem in seruicium indiguit, etiam iure naturali, ut ex pluribus in terminis comprobatur, atque pro certo sibi affirmat Nau. ubi sup. in fin. d. monit. 13. sicque cessabit supradictum inconueniens. Eadem tamen communis sententia procedit, non solum in fructibus perceptis tempore obitus, sed etiam non sint reconditi, si tamen a fundo fuerint separati: Ita Card. Imol. & Barb. in d. c. vlt. ad fin. Alber. ubi sup. Dominicus in d. c. si propter, Franc. in d. c. praesenti, Salyc. in l. si pater, c. de usufr. quorum opinio communis est secundum Titaquel. lib. 2. de retract. §. 5. gl. 4. in princip. ut refert eam sequutus tanquam veriorum Cou. ubi sup. aduersus gl. contrarias in d. c. praesenti, & in d. c. si propter, & in l. si sur. in princip. ff. de usufr. & in l. ex diuerso, in princip. ff. de rei vendit.

Quae tamen communis traditio procedit etiam in pensione annua ex agris, domibus aliisque pradiis ad beneficium Ecclesiasticum spectantibus, sub praedicta annua pensione locatis: Nam mortuo possessore beneficii, pensiones eius anni ad eum pertinebunt iuxta distinctionem d. l. defuncti, quae in simili pensione respectu usufructuati & proprietarii loquitur, quam refert Couart. ubi sup. n. 2. ut in hac specie probauit Angel. consil. 245. n. 7. vers. 6. & Cardinal. consil. 110. quos refert Couart. ubi supra, num. 12.

Ex qua tamen recepta sententia inferitur ad decisionem alterius frequentissima quaestio, quid dicendum sit in pensione Ecclesiastica super fructibus alicuius beneficii auctoritate Apostolica constituta, decedente pensionario ante diem solutionis pensionis constitutam? Nam tunc pensio haec Ecclesiastica usufructui similis sit, quia ea morte extinguitur, sicut ipse usufructus, ut probat Card. in Clem. 15. eadem, n. 4. & ibi Imol. n. 26. de supplem. neglig. pral. Ioan. Bapt. de S. Seuer. in tract. de pens. q. 25. Gig. in eod. tract. de pens. q. 49. §. 2. §. 3. vol. 15. tract. diuers. doct. idem dicendum erit in hac specie, in pensione Ecclesiastica, quod in usufructu tamen decisum exstat in d. l. defuncti, ff. de usufr. iuxta cuius text. distinctione haec etiam quaestio decidenda erit, quemadmodum & illa praecedens de fructibus beneficii inter haeres praedefuncti beneficiati & successorem in eodem beneficio diuidendis: ita Alex. consil. 15. l. 2. Ioan. Bapt. d. q. 25. Gig. d. q. 53. dicens, ita a iuris vtriusque peritissimis resposum fuisse lite mota apud sedis Apo-

stolicae iudices: itaque secundum eos, mortuo pensionario fructibus iam perceptis ante diem solutionis pensionis constitutam, integra pensio eius haeredibus debebitur: si vero decedat post diem pensionis soluedae, antequam fructus, super quibus constituta est, colligantur, pensio eius haeredibus non debetur, etiam quae praed. die cesserit, imo etiam soluta retineat: Quod si fructus partim collecti ante obitum pensionarij, partim post eius mortem percepti fuerint, pensio debebitur pro rata fructuum ante obitum perceptorum: cui sententia plurimum patrociniatur communis atque recepta sententia praecedens, ex qua hoc deduximus.

Nihilominus tamen in vtraque specie, nempe in fructibus diuidendis inter haeres beneficiati mortui, & successorem in beneficio, & praeterea in pensione inter illos pensionarij praedefuncti haeres, atque possessorem beneficii, contrarium verius videtur, imo quod fructus eius anni, quo mortem clericus obierit, indistincte & pensio inter supradictos respectiue pro rata temporis diuidantur: quoniam ut Dominie. a S. German. ex co. text. notat in d. c. praesenti §. porro, fructus agrorum & praediorum Ecclesiasticorum beneficii, cuiusque redditus a canonibus sunt constituti ac designati pro oneribus sustentendis totius anni, donec noui fructus collecti fuerint atque inter alia Ecclesia onera connumerantur stipendia ipsis ministrantibus debita, ut cauetur in d. §. porro. Rationi igitur congruit, ut pro rata temporis fructus Ecclesiastici beneficii diuidantur inter defuncti haeres & successorem, aut ipsam Ecclesiam. Praeterea tamen pensionarius fructus beneficii non percipit, sed is, qui Ecclesiae titulum habet, qui tamen adhuc non est usufructuario similis, pensio vero, ut frequentius contingit, certa pecunia, non fructuum quantitas est a possessore beneficii solvenda, nec ea tamen soluitur pensionario tanquam pretij ipsorum fructuum. Nam in d. l. defuncti, agitur de pensione, quae pro ipis fructibus, in eorum pretio pro ipso deniq; vlt. et soluitur, ideo ea decisio non recte cogitur pensionibus Ecclesiasticis: Quare pensio Ecclesiastica pro rata temporis haeredibus pensionarij debebitur, cui ea a Summis Pontific. constituitur in alimeta pensionarij, atque in stipendio eorum, qui ministerium aliquod exhibent vel exhibuerunt Ecclesiae Ecclesiastico-ue ordinis, siquidem pensio ipsa Ecclesiastica cedere videtur in alimentorum causam, secundum Rom. consil. 788. Gig. de pens. q. 51. & 52. alios adducentem, quibus fundamentis hanc sententiam in vtroque casu aduersus communem, aequiorem & veriorum esse existimat atque probat Cou. ubi sup. n. 12. & 13. allegans Alber. in d. l. dinoria, n. 12. ff. solut. matrim. eam expresse tenentem in priori specie, nempe respectu fructuum beneficii inter haeres beneficiati praedefuncti, & successorem pro rata diuidendorum: & idem ipse Cou. audacter probat respectu pensionis Ecclesiasticae: Eandem opinionem in priori casu probauit Auend. d. resp. 5. num. 11. in conc. & etiam D. Sarm. de redd. Eccles. q. p. c. 6. n. 13. dicens, quod in Hispania nostra consuetudine hoc est receptum eandem opinionem in vtroque, probauit aduersus communem insignis D. Mol. de Hisp. primog. l. 3. c. 11. n. 4. dicens, eam vidisse receptam frequentissime in fonsibus controuersis: & quamuis Nau. ubi sup. defendens communem sententiam nostram hanc respectu fructuum inter haeres beneficiati defuncti & successorem expressim improbat, atque Doctorem Sarmiento incepto, eo quod affirmauerit, in Hispania consuetudine aliud receptum esse, quia secundum ipsum Nau. contrarium par est credere, nisi in Episcopis, Abbatibus & Prioribus conuentualibus: tamen re vera, & in puncto iuris verior est haec secundum sententia & aequior per supradicta, atque in praxi recepta & proinde tenenda, ut praeter Sarmiento. asserit fe vidisse frequentissime

D. Molin.



D. Molin. *vbi supra*. Habemus igitur maximos Iurif-  
consultos, ac summos practicos id affirmantes, quibus  
credenam est, praximque, cum rationes *supra* addu-  
ctæ pro eorum opinione maxime vergeant & efficaces  
sint aduersus communem.

12 In hoc Episcopatu Ciuitatens. idem indistincta  
tium consuetudine immemorialis obseruatur in fructi-  
bus omnium beneficiorum atque Episcopatus ipsius  
(præter præbendas Ecclesiar. Cathedralis ac præstimo-  
nia eidem annexa, in quibus singularis ius ex con-  
stitutionibus d. Ecclesiar. aliud obtinet, propter perso-  
nalem earundem residentiam requisitam) in cæteris  
tamen beneficiis fructus diuiduntur pro rata anni,  
quo cessit prædecessor, inter eundem hæredes &  
13 nouum successorem, annusque ꝑ ad hoc incipit à die  
San. Martini mensis Nouembri: atque idem obseruari  
solent esse in diuisione fructuum Commendarum S.  
Iacobi, Calartanzæ & Alcantaræ, ex eorundem ordi-  
num constitutionibus, secundum D. Mol. *vbi sup. n. 5.*  
Verum vt superior sententia aduersus communem  
vetior appareat, confirmari poterit ex sequentibus.

14 Primo, quoniam ꝑ ita etiam fructus dotis, quæ datur  
pro matrimonio carnalis oneribus sustinendis, *vt*  
*in leg. pro onerib. cum similib. C. de iur. dot.* sunt pro rata  
temporis, quo matrimonium durauit illo anno inter  
maritum & hæredes vxoris, vel è conuerso diuidendi,  
deductis expensis à marito factis illo anno, *vt in d. l.*  
*diuortio, in princ. ff. solut. matrim. & in l. 26. tit. 11. p. 4. An-*  
*ton. Gomez. in l. 5. Taur. n. 33. versio. hodie, Campecius*  
*de dote, p. 9. 19 & seq. vbi ꝑ quod hic annus debet com-*  
*putari à die quo matrimonium per verba de presenti*  
*fuit celebratum & dos marito tradita, quoties contig-*  
*erit, vt eodem anno, quo matrimonium contractum*  
*fuit, solueretur: quod si pluribus aliis annis durauit*  
*matrimonium, diuisio fieri debet pro rata temporis*  
*vltimi anni, quo durauit matrimonium, cuius rei rati-*  
*onem eam communiter scribentes assignate solent*  
*in d. l. diuortio, quod cum fructus dotis marito propter*  
*onera matrimonij sustinenda, vt prædiximus, præ-*  
*stentur, consequens est, vt illis integris frui debeat,*  
*pro rata illius temporis, quo onera matrimonij susti-*  
*nuit. Merito ergo, vt eadem ratione idem dicendum*  
*sit in redditibus Ecclesiasticis, quia Canonibus sunt*  
*constituti pro oneribus sustinendis totius anni, vt in*  
*d. §. porro, & in pensionibus Ecclesiasticis, cum à Summis*  
*Pontific. constituantur in stipendium eorum, qui ob-*  
*sequium aliquod exhibent, vel exhibuerunt Ecclesie,*  
*vt prædicebamus. Verum d. l. 26. regia limitat d. l. di-*  
*uortio, quando bona illa, è quibus fructus percipiun-*  
*tur, fuerunt data marito estimata in dotem, tunc enim*  
*estimatio tantum est vxoris, & non plus.*

16 Hæc tamen diuisio fructuum inter virum & vxor-  
em, & materia d. l. diuortio & d. l. 26. si credimus Greg. Lop.  
*in eadem l. 26. gl. fin. cessat hodie in isto regno per ill. fori*  
*disponentes, fructus & alia lucra diuidenda esse inter*  
*virum & vxorem, solutis capitalibus, tã vtri quam vxor-*  
*is, de quo est hodie l. 4. tit. 9. l. 5. noua collect. reg. præter-*  
*quam Cordubæ, vbi non seruantur d. l. l. fori, vel si re-*  
*nuuntiam esset lucra acquisitis constante matrimo-*  
*ni, nam tunc procederet præd. legis materia secundum*  
*ipsum: idem nouissime probauit Ayota Gran. in tract.*  
*de partition. v. p. 9. n. 1 & 14. Sed meo iudicio hæc sen-*  
*tentia Gregorij vera non videtur, si quidem quod fructus*  
*& alia lucra sint communia inter virum & vxorem,*  
*procedit in acquisitis durante matrimonio, vt ex eisdem*  
*legib. Regijs manifestissime constat, estq; verissimum:*  
*at vero materia d. l. diuortio, & d. l. 26. versatur circa di-*  
*uisionem fructuum dotis illius anni, quo solum fuit*  
*matrimonium. Pars igitur, quæ hæredibus mulieris, vel*  
*ipsi mulieri contigerit pro sua rata temporis, quo illo*

anno solum fuit matrimonium, non communicabitur  
viro, nec eius hæredibus, quandoquidem non con-  
stante matrim. sed potius illo soluto censetur acquisi-  
ti. Altera vero pars, quæ pro rata temporis, quo illo an-  
no constitit sine datur. matrimonium, quæ attento il-  
lo iure communi, marito competebar. hodie per leges  
Regias diuidi debet inter virum & vxorem eiusq; hæ-  
redes. Ad sciendum igitur, quæ pars fructuum hære-  
dibus mulieris, vel potius ipsi mulieri adiudicanda erit,  
præcipue pro tempore, quo fuit solum matrimonium  
illo vlt. anno, necessario materia d. l. diuortio & d. l. 26. Re-  
gia in praxin deducenda erit. Tunc autem opinio noua  
Greg. Lop. procederet atq; locum obtinere posset, cum  
omnes fructus illius anni diuidi hæredibus deberent  
inter maritum & vxorem eiusq; hæredes, tunc enim non  
esset necessaria altera diuisio, de qua in d. l. diuortio & d.  
l. 26. Verum cõ per ill. Regias fori allegatas à Greg. qui-  
bus suam opinionem fundare nititur, ratum communi-  
cetur æqualiter, inter virum & vxorẽ fructus & lucra  
constante matrimonio acquisita, & illo vltimo anno,  
quo matrimonium durauerit, pars fructuum constanti  
matrimonio tribuatur ac pars soluto, cõsequens est, vt  
ad exquirendum, quæ pars cuique temporis conueniat,  
necessaria sit etiã hodie materia d. l. diuortio & d. l. Parti-  
te, non solum Cordubæ & alibi, vbi dicte leges fori  
non seruentur, & vbi renuntiam sit prædictis lucris,  
sed etiam vbi fructus & lucra constante matrimonio  
acquisita communiter diuidenda sunt inter coniuges,  
ipsorumque hæredes; Quandoquidem fructus soluto  
matrimonio, illo vltimo anno contingentes diuiden-  
di minime sint, sed præcipue ad hæredes vxoris perti-  
neant, per supradicta. Et hæc consideratio & distin-  
ctio vera est in se, vt fatetur nouissime post huius op-  
eris primam editionem D. Petr. Barbosa in l. diuortio, in  
princ. sub n. 27. ff. solut. matrim. licet addat, non bene nos  
hic dicere, quatenus dicimus, tunc esse recurridum ad  
computationem d. l. diuortio, cum in Castella sit tene-  
ndum potius ad l. fori statim per ad nos citatam, Sed non-  
ne quæ so nos hic statim n. in p. proximo hoc profite-  
mur & agnoscimus, vt idẽ auctor postea fatetur nos ad idẽ  
citans; ergo seclusa l. fori bene dicimus, & ea statẽ quo-  
que, siquidem eam esse obseruandã docemus his verbis  
seqq. Verum hæc est in proposito specialis alterius l. fo-  
ri noua prouisio atq; forma tradita, quæ in præfata spe-  
cie obseruanda erit, nempe l. 10. tit. 4. de la. labores & partici-  
paciones, lib. 3. fori, quæ est huiusmodi. *Porque acade muchas*  
*vezes, que ante que los frutos son cogidos de las heredades, o*  
*muriere el marido, o muriere la muger, establecimos, que si*  
*los frutos parecẽ en la heredad a la jaxon de la muerte, que se*  
*parta por medio entre el viuo y los herederos del muerto.*  
*Et si no aparecieren, aya los frutos cuya fuere la raxon de la*  
*muerte, parte se per medio quanto ende oniere, e si no fuere*  
*señalada, e fuere barbecho, el que no ha nada en la heredad,*  
*aya la mitad de las misiones que fuerẽ fechos en el barbecho,*  
*cuius l. distinct. inquit seruati Mont. in l. fin. gl. 1. in fin.*  
*tit. 3. eod. l. 3. for. eamque refert Bonif. in peregr. legum Parti-*  
*tarum, in parte dos, vers. 13. quæro in gl. soliti, & inquit ita*  
*prædicari Pala. Rub. in repe. rub. §. 62. n. 10. de donat. in*  
*ter vir & vxor. eandem l. fori refert etiam Ant. Gom. in*  
*l. 5. Taurin. 33. vers. hodie tamen, dicẽs eam singularem,*  
*quamuis de praxi eius nihil dicat: sed eius l. fori distin-*  
*ctionem seruati in hoc regno affirmat Matenc. in l. 4.*  
*gl. 1. n. 4. tit. 9. l. 5. noua collect. reg. & communiter seruati*  
*in practica testatur Ayota vbi sup. n. 2. quid in casu cõ-*  
*ueto, nempe cõ vir vel vxor duxit ad matrim. fundum*  
*vel vineam cõ fructibus pendenti. & tempore soluti*  
*matrim. erant sine fructibus. Quare cum tot vtri tam*  
*illustres*

illustres atque in vlt. forens. versati hoc dicant, cre-  
dendum est illis ac proinde obseruanda erit in praxi  
distingtio d. l. 10. iuxta tradita per Bar. in l. de quibus,  
n. 21. ff. de legibus. & ibi doct. præmaxime, vlt. d. l. fori  
probato, quamuis sufficere existimo ad probationem  
eiusdem testimonium prædictorum virorum, & ita  
nos quoque secundum d. l. fori consulere soliti eramus,  
& sequitur \* nos, & supra dictos citans, D. Petrus Bar-  
bosa vbi supra. \*

18 Secundo, quia ꝑ et si fructus pendentes rei venditæ,  
tempore venditionis ad emptorẽ pertineant, nisi aliud  
conueniat: pensiones vero ei cedunt, qui locauerat, hoc  
est, venditori, vt in l. l. l. §. si fructibus, ff. de actio. empt.  
l. 11. tit. 1. §. 5. p. 5. quasi velit Vlpianus, aliud esse in fructi-  
bus perceptis ex agro vendito post venditionẽ perfe-  
ctã, aliud in pensionibus ex ipsa rei vendita post ven-  
ditionẽ cedentibus ex locatione ante venditionẽ cele-  
brata, vt in hoc posteriori casu pensiones ad venditorẽ  
pertineant: tamen glossa *ibi, verbo, et cedat*, hoc intelli-  
git in hunc sensu, vt hæc penses cedant vendi-  
tori ad cõ effectũ, vt eas emptori restituat, vel actiones  
pro his sibi competentes emptori cedat, ad eas qui-  
dem pensiones, quæ respiciunt tempus elapsum à die  
perfectæ venditionis, & sic pro rata temporis, anni & ibi  
idem notat & sequuntur Bar. Alber. & communiter  
Doct. vt asserit D. Mol. vbi supra, n. 8. In hoc namque vi-  
dentur conuenire omnes secundum Couar. d. lib. 1. c. 15.  
n. 3. quod etiam si pensiones debeantur emptori eique  
sint restituendæ, actio tamen personalis ei nequa-  
quam competit ad eas exigendas à colono vel inquilini-  
nis, quia cõ eis emptor minimè cõtraxit, sed à venditore  
cõduxerunt: vnde vel venditor cedit emptori actio-  
nes contra colonos, vel venditor agat ad pensiones, &  
eas semel exactas emptori reddere tenebitur omnino.

Quare pro vera & perspicua resolutione huius arti-  
culi, vt præcedetia contra communem dicta circa di-  
uisionem fructuum beneficij pro rata fienda inter hæ-  
redes beneficiarij prædefuncti & successorem confir-  
mentur, obseruandum est, in pensionibus rei venditæ  
inter emptorem & venditorẽ diuidendis, pensiones  
20 agrorum ad eum pertinere, nempe ꝑ emptorẽ aut ven-  
ditorem, ad quem fructus, pro quibus soluenda sunt,  
iure & ratione spectant, siue de integra pensione, siue  
de eius parte pro rata temporis agatur, ita quidem, vt  
in distributione pensionum consideremus tempus, quo  
percipiuntur fructus, quorũ ratione pensiones soluuntur,  
text. est expressus in d. l. defuncta, & ibi Albertic. &  
alij Doct. & in d. §. si fructibus, Paul. Castr. con. 214. lib. 2.  
Anchar. conf. 193. incip. subuoluer. Aret. in conf. 160. vers.  
circa quintum, Alex. conf. 28. n. 2. lib. 1. & conf. 82. n. 16.  
lib. 2. Iason. conf. 231. lib. 2. Carol. Mol. in consuet. Paris.  
§. 1. gl. 8. n. 11. lequitur plures referens Couar. vbi supra  
d. n. 3. & Molin. vbi supra. lib. 3. c. 3. n. 17. estque communis,  
recepta ac vera sententia, vt ex supradictis patet.

21 Ex qua ꝑ primo inferitur, quod vendito fundo, ex  
quo certo tempore fructus percipiuntur, vt puta mes-  
sum aut vindemiã, & tamẽ si locatus fuerat ante ven-  
ditionem ad certam annuam pensionẽ statuto die solu-  
endam, si venditio facta fuerit ante messium & viade-  
miarum tempus, & ante diẽ solutionis pensionis, pen-  
sio prædicta ad emptorẽ integre spectabit venditorq;  
eidem tenebitur cedere actionẽ, vel si pensionem exe-  
gerit, eam restituere. Secundo ꝑ inferitur, idem esse di-  
cendum in venditione fundi, quæ facta fuerit post diem  
soluendæ pensionis aut post exactam à venditore pen-  
sionem, prius tamen, quã fructus colligeretur, hoc est,  
anticipata solutione, nam & tenebitur venditor resti-  
tuere prædictã pensionem emptori aut ei actionem ce-  
dere. Tertio ꝑ inferitur, secus esse, si fundus vendatur  
post fructus ipsius perceptos, ante tamen diem pensio-

nis soluendæ, pro qua locatus fuerat à venditore; Nam  
pensio prædicta in hac specie integre cedit cõmodo &  
utilitati venditoris, vt prædicti Doct. communiter ad-  
notarunt, tametsi Dyn. & Alber. in l. fin. §. fin. ff. de iure  
fisco. & R6. conf. 10. Ang. in d. l. diuortio, col. 3. ff. solut. matr.  
contrariũ iure verius esse responderunt ex d. §. vlt. Ni-  
hilominus tamen communis modo relata sententiã ve-  
rior est & tenenda in venditione inter priuatos factã, nisi  
ea lege fiat, vt emptor nõ possit expellere colonos aut  
inquilinos, quã statẽ, nihilominus emptor, quamuis  
colonos expellere non possit, ab eis tamen mercede ac  
pensionibus exigere poterit, iuxta text. optimũ in l. si mer-  
cedẽ, §. vlt. ff. de actio. empt. vbi hoc animaduertunt  
Doct. Nam in casu d. l. fin. §. fin. ff. de iur. fisco. speciale est  
fauore fisci in re vendita ad eodem, quo ꝑ casu emptor  
percipit pensionẽ cedentem post ipsam venditionem,  
etiam si ea soluitur pro fructibus ante emptionẽ perce-  
pris, quia hoc priuilegium emptori datur in cõpena-  
tionem damni, quod patitur ex eo, quod cogitur stare  
colono fisciã intelligit text. illum Bar. ibid. Alber. &  
Fulgos. in d. l. defuncta, & alios allegans Cou. vbi supra  
n. 4 & 5, qui suprad. resolutionẽ sequitur. Vltimo ꝑ in-  
feritur, quod domo vendita, quæ prius locata erat pro  
annua pensione, siue venditio præcesserit diẽ solutio-  
nis pensionis, siue eam fuerit subsequuta, pro rata tem-  
poris pensio ad emptorem pertinet. Siquid pensio  
in prædio urbano soluitur pro fructibus, quæ quotidie  
percipiuntur, scilicet pro eius vlt. & habitatione: quod  
in terminis probauit Cou. vbi supra n. 3. vers. sed etiam.  
Hæc meo iudicio sunt verissima, cõmunia & tenenda,  
quicquid alter in prædictis pensionibus distinxerit  
Ant. Gom. in 2. to. c. 2. de empt. & vend. n. 11. Sic ꝑ etiam  
videmus in emptore prædij ad vitam, quia fit diuisio  
fructuum pendentium pro rata temporis, quod vixerit  
emptor, quoniã hic habet plus iuri, quam usufructua-  
rius, ille enim habet dominium, iuxta notata per gl. in l.  
Tria, §. fin. ff. de leg. 2. vt inquit Soc. d. conf. 42. n. 7. vol. 3.  
Vnde cõ restitutio fiat de necessitate, de acquiretæ fru-  
ctus restituuntur, eadẽ ratione, quã cõ marito fit diuisio  
fructuum pro rata, quia maritus etiã habet dominium  
rei dotalis constante matrim. vt in l. doce ancillã, cum si-  
milibus C. de rei vend. & ita inquit Soc. vbi supra n. 8. ser-  
uatum ꝑ vidisse in ciuitate Senarij: licet secus esset in  
legato fructuum alienius fundi, alieni facti quotãnis,  
dum viueret, vel dum esset vidua vel durauerit in ali-  
quo ministerio: Nã licet persona hæc, cui fit huiusmo-  
di legatũ, non vixerit per totũ annum sed aliquo tem-  
pore ipsius anni, vel non nupletur statim, vel post tres  
vel quatuor menses, debet integrum legatum illorum  
fructuum cõsequi, per text. autẽ in l. a vobis, ff. de ann.  
legat. per quem text. ita tenet Signorol. de Homodeis  
conf. 53. quẽ refert & sequitur Ias. in l. diuortio, n. 7. ff. so-  
lut. matr. & Auen. d. resp. conf. 5. n. 5. vers. que sup. dicta sunt.  
Et ꝑ dispositio d. §. si fructus, procedit etiam in eo,  
qui ex pacto de retrovendendo rem retraxit, postquam  
is solemniter & opportune pretium ei obtulerit, vt in  
l. 2. c. in l. cum te fundum, C. de pact. inter empt. & c. vt  
ex pluribus resoluit Tiraq. de retract. conuent. §. 5. gl. 4.  
n. 5. & 6. cum seq. & est communis opinio secundum  
Couar. vbi supra n. 6. qui bene id declarat: refert etiam  
plures Molin. vbi supra n. 9.

Quarto, & ꝑ præcipue superiora confirmantur, quia  
20 etiã iuxta quorundam opinionem fructus maioratus  
successori à die delatæ maioratus successiois indistin-  
cte pertinere debeant, argu. fideicommissarij, in quo  
disponitur expresse in d. l. Herin. Modestinus, ff. de vlt. r.  
primog. c. 1. n. 7. late adduxit, & in terminis hæc patrem,  
tanquam viotorem, sequuti sunt Anton. Gom. in l. 40.  
P Taur.



Taur. n. 74. Eman. Cost. in tract. de patris & nepot. pag. 144. qui vicinus inquit, secundum hanc opinio. in le-  
nato Regio Lusitano pronuntiatum fuisse à vitis gra-  
uissimis se accepisse: refert D. Mol. d. lib. 3. c. 11. n. 11.  
Hoc adiecto, vt maioratus possessoris expensas causa fru-  
ctuum ab ipso vltimo possessore factas, ex doctrina  
Bald. in l. si pater. n. 5. c. de vssu. & ex his quæ late con-  
gredit Tirac. de retrat. conuen. 5. gl. 4. n. 7. & Auend.  
vbi sup. d. resp. 5. in 4. concl. quam etiam sententiam Ant.  
Gom. & Coste sequitur Ioan. Garcia Gallæcus in tract.  
de expens. & meliorat. c. 16. n. 6. & 7. fol. 146. & Nau. in  
apologia de reddit. eccl. g. 2. monit. 15. per totum, dicens  
in princ. hanc videri communem aduersus Couart. vbi  
eam contra ipsi probat & placet Pelæz de maiorat. 4.  
p. q. 24. n. 1. & 2. fol. 501. vbi alias q. in simili adducit.

Verior tamen ꝑ longe est in hoc contraria opinio,  
nempe, vt fructus rerum maioratus pro rata diuidatur  
inter hæredes vltimi ciuilei possessoris & nouum suc-  
cessorem, arg. d. l. diuorij, in princ. ff. sol. matr. & aliorum,  
quæ supra adduximus in marito cū hæredibus vxoris  
circa fructus vltimi anni, quo matrimoniū durauit ac  
solutum fuit, inter eos pro rata diuidendos; Ea namq;  
maximè cōueniunt maioratum Hispanorū possessori-  
bus, & ita ex his, latius tamen expēs, hanc partē con-  
tra priorē probauit Cou. d. lib. 1. varia c. 16. n. 4. dicens,  
ita in Regio Granar. pratorio per sententiam decimum  
fuisse, sequitur & probat Auendan. dicit. resp. 5. in 6.  
cōcl. Palat. Rub. in repes. rubr. de donat. inter vir. & vxor.  
§. 62. n. 10. Eandē etiam late probat & defendit, nedum  
in fructibus rerū maioratus, sed etiam in pensionibus  
per supra nobis dicta de pensionibus n. 20. in vers. qua-  
re pro vera. D. Mol. d. lib. 3. de Hisp. primog. c. 11. n. 11. 12.  
& 13. & seq. adiciens, quod etiam interdū sic responsū  
ac etiam executum vidit: eandem sententiam vltus de  
tenere Greg. Lop. in d. l. 26. in gl. quantos menses, in vers.  
ex istis etiā colligit, tit. 11. p. 4. & Burg. de Paz. in proem.  
legum Taur. n. 74. vers. præterea, secundum quam senten-  
tiam sæpe consului & cōsultum vidi per graues viros.  
Quam etiam sequitur nouissime Ayora vbi sup. de par-  
ticio. l. p. c. 9. n. 6. vbi eā limitat in primo successore ma-  
ioratus, qui primo vocatus est per fundatorē, hic namq;  
fructus pendentes primi anni, quo præd. bona ac-  
quisiuit, integros habere debet nec diuiduntur cū hæ-  
redibus ciuilei primi fundatoris, ex d. l. Herennius, quæ  
satis hoc casu vrget & ex aliis rationibus ab eo ibi  
adductis, quibus assenti videtur D. Mol. vbi sup. eius  
namq; dicta solum procedunt atque militant respectu  
cæterorū successorum maioratus præter primum: fun-  
dator enim maioratus cum solū sibi reseruauerit vsu-  
fructum eiusdem pro tempore vitæ suæ merito vt fru-  
ctus non perceptos suos non efficiat, vt in d. l. si fur. in  
princ. & in l. de functo. ff. de vssu. in hique hæc non di-  
splicent. A quo t̄ autem tempore numerandū sit anni  
principij, vt fructus ac pensiones rerum maioratus pro  
rata sint diuidēdi inter hæredes vltimi maioratus pos-  
sessoris & sequentem successorem exponit D. Mol. vbi  
sup. n. 18. vbi tandem inquit, quod quoniam in his di-  
uerse ptouincie varias obseruationes habere solent  
in huiusmodi diuisionibus faciendis, quoad anni ini-  
tium mos regionis obseruandus erit: quod verissimum  
iudico: de quo ante eū agit Andr. de Herten c. 1. §. his  
consequenter hic finitur lex, in vssu. feud. ad quem refert  
Auend. vbi sup. circa fin. Addit tamen Aiora vbi sup. D.  
Mol. d. n. 18. quod quando res maioratus sunt locatæ,  
annus non cōputatur, nec incipit à die locationis, sed  
à collectione fructuū, sicut quando non sunt locatæ:  
sed quoties fructus maioratus pro rata diuidendi sunt,  
vt prædiximus, deducende sunt expensæ à prædece-  
sore factæ in colendo fundoritem & factæ à successore

in colligendis fructibus, vt in terminis probat Ayora  
vbi sup. n. 8. 9. & 10. Ex t̄ superioribus igitur satis su-  
perque confirmata manet verior opinio contra com-  
munem, nempe vt fructus beneficiorum illius anni,  
quo beneficium vocatur per motem beneficiati, anni  
ipsius hæredes & nouum successorem diuidantur pro  
rata. Ex quibus idem conuenit esse in tenentante  
beneficio Ecclesiastico ob eandem rationem, præcipue  
illam, de qua sup. n. 9. vt aduersus Alber. hoc casu exi-  
stimantem communem superiore sententiam veram  
esse constanter arbitrat D. Cou. vbi sup. n. 12. tamen si  
Auen. vbi sup. concl. 3. etiam existimauerit, clericum re-  
nuntiantem capellanæ vel præbendæ, in cuius dote &  
redditis sunt fructus pendentes nihil habere debere  
in huiusm. fructibus, sed quod omnes transant in  
successorem: sed nihilominus opinione Couart. in  
hoc veriore esse existimo atque tenendam, nisi con-  
suetudine legitime præcipua aut constitutionibus  
Ecclesiæ obseruati solitis aliud introductum fuerit,  
quibus in hoc standum esse censeo, præcipue si eisdem  
caueretur, vt diuisio fructuum hæc in specie ferret pro  
rata temporis iuxta præfatam veriore opinionem:  
quod si aliud cauerit, id obseruandum eriam esset.

Post \* huius operis primam editionem nouissime  
Borgnin. Canalca. in 3. p. decis. 37. n. 17. & 38. nos refert  
& sequitur in supradictis n. 3. 9. & 33. præterquam in  
exēplis de fundatario, vxore & fideicommissario, quia  
hi sunt domini fructuū, ideoque secus esse in fructibus  
beneficij: & postea inquit ex sua opinione superfluum  
videri nostram questionē, an hæres rectoris præ mor-  
tui debeat diuidere fructus nōdum recollectos in vita  
sui rectoris, cum successore in beneficiis post illorum  
recollecionē pro rata temporis, & c. nosque mordet in  
hoc, indigne profecto: Imprimis nāque non sumus lo-  
quuti hic de fundatario, vnde malè & pessime atque  
inaduerter ille aliud nobis imponit: deinde exempla  
de vxore fideicommissarii aptissima sunt & valde con-  
cinnunt questionē propositæ. Præterea quæstio nostra  
non est superflua, sed admodum utilis & necessaria: &  
nostra hæc de re sententiæ & decisio, nepe quod diuisio  
fructuum indistincte fiat inter hæredem beneficiarij  
prædefuncti & successorem in beneficio pro rata tem-  
poris, est longe verior, verissima & tenenda in praxi &  
in nostra Hispania consuetudine recepta, vt sup. n. 9.  
cū seqq. late iure & auctoritate grauissimorum aucto-  
rū probauimus. Quare incaute & inurbane loquitur  
Caualean. Licet autē illi probare, quā mallet senten-  
tiā suo periculo non tamen male loqui cōtra aliud ten-  
entes, prælatiōres, se nempe eximum iuriconsultū &  
summū practicū Alber. de Rosatis, in signis Cohispa-  
nos nostros D. Didac. Cou. mirabile semper profecto  
in iuris resolutionibus, Docēt. Ludou. Molinā Regium  
consiliariū supremi Senatus & acutissimū Episc. Fran-  
cisc. Sarmiento, quos supra retulimus, quorum opin. &  
doctrinam minimis omnino sequutus sum præcipue  
cum nostra hæc de re sententiā, quā ille improbat, vsu  
recepta fuerit in nostra Hispania, vt prædiximus.

Ex præcedentibus etiam deducitur, verius esse ad-  
uersus communem, pensionem Ecclesiasticam vltimi  
anni, quo dece sit pensionatus, pro rata soluendam esse  
ipsius hæredibus eius temporis, quo defunctus illo  
anno vixit; quod nedum procedere videtur in pen-  
sionario certæ annuæ quantitatis pecuniæ, de quo lo-  
quuti sumus, puta centum aureorum, minoris, vel am-  
plioris quantitatis annuæ, sed etiam in pensionario Ec-  
clesiastico quoræ partis fructuū, nempe dimidiæ, ter-  
tiæ vel quartæ partis fructuū loco annuæ pensionis sibi  
auctoritate Apostolica reseruata: Quia etsi tunc non  
pro rata, sed iuxta distinctionem in vsufructuario supra  
factā n. 1. ex decisione l. de functo. ff. de vssu. & quom-  
admodum

admodum, quæ erat, fructus diuidendi esse videantur inter  
hæredes pensionarij quoræ partis fructuum & posses-  
sorem beneficij, eo quod huiusmodi pensionarius be-  
nificiatio seu saltem vsufructuario æquiparari debeat  
ac possit, in quo videtur cessare rationes Couar. vt  
ex ipsomet colligi videtur n. 13. nihilominus adhuc  
etiā in hac specie verius existimo, idem seruandū esse,  
quod in simplicij pensionario quantitatis annuæ pecu-  
niæ prædiximus, nempe pensionē diuidendam esse pro  
rata illius temporis vltimi anni, quo vixit pensionarius  
defunctus: cum, quia re vera rationes supra expēsæ pro  
priori pensionario contra communem adhuc & in hoc  
secundo pensionario militare videntur: tum, quia &  
huiusmodi pensio quoræ partis fructus loco annuæ pen-  
sionis constituitur ac proinde ciuile naturæ debet esse  
sentam etiam, quia si inter hæredes beneficiati proprij  
prædefuncti, qui habuit titulum & dominium proprij  
solitam sententiam, fructus diuidendos esse pro rata  
absq; dubio, cur idem dicendum nō erit in hoc casu?  
Non enim magis vsufructuario æquiparandas est pen-  
sionarius notæ, quæ proprius beneficiatus prædefun-  
ctus: & in hoc resoluimus, diuisionem fructuū pro rata  
sentam esse: ergo & in illo idem concludendum est.  
Præterea & vltimo ad verba Bullæ Apostolicæ cōsti-  
tutionis pensionis aduertere nō est ipla, quæ vngue ob-  
seruanda sunt: Ea autem solent cauere, quod pensiona-  
rius quoræ lucretur dimidiam vel alia partem omniū,  
quæ beneficiatus residens lucretur seu lucratur habeat:  
Ergo si beneficiatus iuxta constitutiones ciuilei Eccle-  
siæ vel Episcopatus consuetudinem lucretur pro rata  
temporis residentie, vel quo vixerit, prout in hac Ec-  
clesiæ Cathedrali & in toto hoc Episcopatu Ciuitat.  
lucrat fructus, & eadē cōsuetudo ac praxis Hispani-  
niæ generalis, vt supra n. 11. deduximus, pensionarius  
huiusmodi quoræ partis, pro rata similiter suā partem  
lucrari debet, iuxta tenorem & continentiam suæ Bul-  
læ. Deniq; his rationibus procliuor sum in hanc sen-  
tentiam, alias fortiores ac meliores in cōtrarium addu-  
centes libenter audiretur ac eisdem credidimus. \* Qui-  
nimo Petr. Rebuff. in tract. de pacif. poss. n. 148. voluit,  
quod moriente pensionario post principij anni, cum  
pensio sit debita, ad hæredes transibit integre pro illo  
anno. Sed hæc opinio vera non est, vt diximus.

Hæc tamen licet ꝑ recte ita se habeant, vt diximus,  
in pensionibus Ecclesiasticis, saltem per stylo Curie  
Roma. contrariū, non procedunt: Siquidem rata pen-  
sionis non soluitur si decesserit is, cui debetur, antequā  
dies solutionis venerit: vt testatur Nauar. in sua apolo-  
g. de reddit. Eccl. q. 2. monit. 16. vbi eam addit rationem,  
quia licet, vt ait Lud. Rom. cons. 388. & constat ex literis  
ipsius Papæ, pensiones constituatur ad commodiorem  
sustentationem eorū, & quasi in alimentum, non tamē  
sunt vera alimenta illius naturæ, cuius sunt ea, de quib.  
in tit. de aliment. & cibarij leg. quæ dantur sub modo ex-  
presso vel tacito, vt cedente die ad id præstitito acci-  
pant illa, siue maior siue minor pars anni transierit, &  
non percipiatur, illi, si antequā dies cedat, finiat: quod  
expressius in terminis nostris tenet D. Sarmient. in sua  
decis. libell. de reddit. Eccl. 2. p. in 16. monit. dicens, non  
dixisse, quod soluitur rata pensionis hoc casu; prout  
sibi à Nau. imponitur, nec id dicere poterat, cum sciat,  
Rotam, in qua per duodecim annos auditor exstitit,  
contrariū seruare, quod fuit de hac re manuscripte no-  
uissimæ decisiones, quib. obseruatur est, vt non soluitur  
rata pensionis, si decesserit is, cui debetur, antequā dies  
solutionis venerit: idemq; audiui ab aliis curialibus de  
huiusmodi stylo notitiā habentibus. Quare cū præd.  
dao viti grauissimi de præd. stylo, praxi ac vsu in Curia

Rom. obseruato deponant, eis standum omnino viden-  
tur, iuxta tradita à fortiori per Bart. in l. de quib. n. 21. ff.  
de legib. Nec obstant contrariæ circa hoc sententiæ duæ  
supra relatæ: Hæ enim de iure cōmuni procedere pos-  
sunt: quod vero modo aliterum de stylo obseruato in  
Rom. Curia, cui est standum, iuxta tradita per Ioan.  
Orosium in l. de quib. n. 2. ff. de legib. vbi tenet, quod  
consuetudo Romæ, in hispania in causis Ecclesiasticis  
spectanda est, siue generalis siue specialis sit.

Non etiam ꝑ obest, quod Molin. vbi supra n. 4. dixit.  
rit, illam opinionem veriore, quod fructus inter pen-  
sionarium & Prælatum sine beneficiatum, pro rata di-  
uidendi sint frequentissime in forensibus cōtrouersis  
receptam vidisse, Nam inuoluit hanc opinionē simul  
cum priori de fructibus inter hæredes Prælati siue be-  
nificiati mortui & successorem pro rata diuidendis, eā-  
que dicit frequentissime in forensibus cōtrouersis re-  
ceptam vidisse: quare id intelligo respectu, prioris par-  
tis, nempe inter hæredes beneficiati defuncti & noui  
successorem in beneficio: idque patet, quoniam citat in  
id Couar. d. c. 1. §. n. 12. & Auend. d. resp. 5. n. 1. vbi  
tamen de illa, quam modo prædiximus, tantum lo-  
quuntur, non vero de pensione Ecclesiastica: Nam de  
hac agit Couartuuias n. 13. Ergo cum dictum Doctores  
debeat intelligi secundum Rotam, quam allegat, secun-  
dum Bartol. in l. non solum, §. si liberationis verba, n. 7. ff.  
de liber. legat. consequitur, Molinam, dum testatur de  
vsu illius opinionis, quæ duas partes habet, citantem  
auctores loquentes tantum in priori specie, in eandem  
ipsa intelligendum fore, non vero de hac secunda,  
nempe de pensione Ecclesiastica: præmaxime, quia  
Couar. nec Molin. prædict. styli Curie Romanæ me-  
minerunt, vnde si ipsi agnoscerent ac intelligerent  
seruandum esse, omnino credendum est ipsos dicitu-  
ros. \* Hæc autem recte procedunt in actu voluntario  
translacionis pensionis ante diem termini factæ: tunc  
enim cum non cesserit nec venerit dies, & sic actio  
non sit orta, imo eam orituræ exstinguat & caset adio-  
narius transferens, & in aliū transferat, non reserua-  
to iure, quoad fructus præteritos, cesserit illud ius do-  
nallæ: Ergo integer terminus proximus spectat ad tras-  
latarium, nisi transferens sibi reseruauerit fructus præ-  
teritos: Ita decreuit Rota in vna Granatensi, vt Car-  
dinalem Sanctæ Crucis, decis. 126. manuscript. Peregrin.  
decis. 48. lib. 2. in manuscript. Pat. lib. 3. dec. 14. & ita se  
fuit resolutum à Rota, vt testatur Gabr. consil. 191. n. 3.  
vol. 2. & refert Flamin. Paris. lib. 6. de resign. benef. g. 4.  
n. 47. & 48. pag. 328. In necessaria autem extinctione  
pensionis, quando scilicet moritur pensionarius, quo  
casu loquuti sumus supra, licet alias Rota inuenit, esse  
faciendam distinctionem, iuxta terminos l. de functo. ff.  
de vssu. mutatis tamē auditoribus, Rota in hoc ar-  
ticulo mutauit opinionem & firmavit, vt numeratione  
temporis facta à die reseruacionis, pro rata temporis  
quo intra illum annum vixit pensionarius, debeatur  
hæredibus & residuum remaneat Reclori beneficii, ita  
vt diuisio fiat secundum formam l. diuorij. ff. soluto  
matrimonio, & ibi Alberticus num. 13. Couar. vbi supra,  
d. n. 13. vt attestatur Hieronymus Gabriel, vbi supra,  
num. 9. Et nouissime post huius operis primam editio-  
nem Flamin. Paris. vbi supra, & n. 49. Possunt tamen  
hæc duæ praxes contrariæ concordari, vt prior  
procedat, quoties initio pensionis constituitur, prior  
terminus integer solutus fuit pensionario, licet integer  
non decesserit: & ideo merito, quod vltimus nisi per-  
uenit, eidem non soluitur, prout soluit solum à princi-  
pio integer: & hæc forsitan ratione introducta fuit  
prior praxis. Secunda vero procedat, vbi prior termi-  
nus pro rata tantum temporis solutus fuit: merito  
igitur vt vicinus pro rata cū debeatur atq; soluitur.



S V M M A R I V M.

- 1 Remedio Canonis, reintegranda, 3. quæst. 1. pinguis est prouisum spoliatis ad recuperandam suam possessionem & est plenissimum remedium, generalisque & vtilius inter omnia remedia possessoria & cum aliis omnibus concurrat.
- 2 Remedium d. c. reintegranda, producit specificum ius agendi, & est nouum & competit ubi quis iniuste & sine culpa cecidit à possessione sua.
- 3 Remedio c. reintegranda, est agendum coram iudice ordinario rei.
- 4 Remedium d. c. reintegranda, competit etiam laicis, pro rebus profanis recuperandis.
- 5 Spoliator conueniendus est coram suo iudice laico vel Ecclesiastico respectiue, & etiam potest conueniri coram iudice ordinario competenti illius loci, ubi commissum spoliū est.
- 6 Episcopus vel alius clericus spoliatus per laicum, an coram iudice Ecclesiastico agere possit remedio d. c. reintegranda? & num. seq.
- 7 Laicus conuenitur reuendicatione pro re Ecclesiastica, si probabiliter neges esse rem Ecclesia, iudex secularis aduendus est.
- 8 Restitutio in integrum peti debet coram iudice illius, contra quem petitur.
- 9 In loco contractus, si ibi quis inueniatur, an conueniri possit ad restitutionem eiusdem contractus?
- 10 Ecclesia si ladanur in contractu, potest petere restitutionem integram contra laicum, coram iudice Ecclesiastico.
- 11 Præuilegia concessa bonis Ecclesiasticis, non competunt clericis pro bonis suis parimonialibus, ac proinde si clerici minores viginti quinque annorum ladanur, coram iudice seculari petere debent restitutionem in integrum aduersus laicum, & numero 12.
- 13 Ecclesia vel clericus, agentes de rebus suis actione reali vel personali, possunt conuenire laicum coram iudice seculari vel Ecclesiastico.
- 14 Laicum ratione sacrilegij conueniri potest coram iudice Ecclesiastico.
- 15 Spoliator ex occupatione rei Ecclesiastica sacrilegium committere dicitur, si certum sit eum spoliasse, sicu si dubitetur: nam tunc super illa qualitate tribuente iurisdictionem est cognoscendum.
- 16 An coram iudice laico agi possit remedio d. c. reintegranda, quando spoliator & spoliatus essent clerici, vel si tantum spoliator esset clericus, super causa beneficiaria, & num. seq.
- 17 Questio facti, est de re spirituali, à laico diffiniri potest.
- 18 Causa possessoria rei spiritualis vel quasi spiritualis, temporalis est.
- 19 Iudex secularis, etiam inter clericos, est iudex competens ad cognoscendum de causa possessionis rei spiritualis.
- 20 Iudicio cuiuslibet, etiam secularis, interest, ne violentia & spolia fiant inter clericos & laicos.
- 21 Iudex laicum potest compellere clericum, rem apud se depositam restituere.
- 22 Iudices secularis apud Gallos, secundum usum forensium & ex præuilegio Martini Quinti & Leonis Secundi, cognoscunt etiam inter clericos de possessorio cuiuslibet causæ spiritualis: sed contraria sententia vtrius est de iure, & in iudicando & consulendo tenenda.
- 23 Consuetudo, ut clericus possit conueniri coram iudice laico, non valet.
- 24 Causa possessoria in beneficiis Ecclesiasticis spiritualibus dicitur, ac proinde ad iudicem Ecclesiasticum pertinet.

- 25 Causa Ecclesiastica de rebus spiritualibus, vel quasi, spirituales censentur, ac proinde trahi dea sunt apud iudicem Ecclesiasticum, non vero apud saculares.
- 26 Causa beneficialis, habens admixtam proprietatis rationem, proculdubio trahi non potest apud iudicem secularem, sed omnino apud Ecclesiasticum.
- 27 Cap. petimus, 11. quæst. 1. intellectus.
- 28 Cap. causam que, el. 2. qui filij sint legitimi, intellectus.
- 29 Cap. vltimi, de iudic. intellectus.
- 30 Causa proprietatis & possessionis nihil commune habet, intelligitur quoad acquisitionem & inquisitionem, non vero quoad cognitionem.
- 31 Clericus an citari possit per edictum generale, si sua interesse putauerit, & num. seq.
- 32 Clericus comparans virtute d. citationis, dicitur comparere ut actor non ut reus, sique sua comparatio est voluntaria, non vero necessaria.
- 33 Clericus citatus à iudice seculari per edictum, non cogitur comparere.
- 34 Quando constat quis possideat, is, ut certa persona nominatim citandus est, non per edictum & proclama.
- 35 Quod præmaxime procedit, cum agitur de transfrenda possessione de vno in alterum.
- 36 Citatio per edictum, præsumptiuam sententiam inducit, que non sufficit, quando vera notitia exigitur.
- 37 Clericus citatus per edictum iudicis secularis, si comparcat & se possidere alleget, poterit etiam præuilegium fori deducere declinareque iurisdictionem iudicis, & ad suum Ecclesiasticum remitti petere.
- 38 Iudex laicum potest cognoscere de causis possessorijs beneficiabilibus, ex præuilegio & concessione Summi Pontificis, prout in Regno Francie fit.
- 39 Possit etiam laicum idem facere, quando iudex Ecclesiasticus esset negligens in administranda iustitia ipsi laico turbato a clerico.
- 40 Iudex laicus idem etiam potest, quando ipse requiritur in auxilium iudicis Ecclesiastici.
- 41 Iudex laicus in adipsenda possessione beneficii, inter clericos minime ius dicere potest.
- 42 Iudex secularis, an possit cognoscere de causa spoliij possessionis beneficialis inter laicos, vel quando spoliator seu turbator tantum est laicus? & n. seq.
- 43 Iudex Ecclesiasticus in præd. casu erit competens.
- 44 Iudex secularis non cognoscit de causa possessoria beneficialis, quous in ea principaliter agendum est de titulo simul.
- 45 Secus si de titulo incidenter cognoscendum sit.
- 46 Iudex secularis potest de causa spirituali cognoscere, cum incidenter de ea agitur in causa seculari.
- 47 Iudex secularis absque dubio poterit de causa possessionis beneficialis cognoscere, quando incidenter de titulo agendum est, si de eo euidenter constaret, ut puta per confessionem aduersarij.
- 48 Idem est, si notorie ex actis constaret de titulo, vel si aduersarij consentus nihil obiceret.
- 49 Laicus conductor decimarum, non potest apud iudicem Ecclesiasticum conueniri actione personali ex locato ad mercedem.
- 50 Conductores decimarum, eas petere possunt aduersus decimare debentes coram iudice Ecclesiastico, virtute cessionis sibi factæ, hoc est, del attendamento o recudimiento.
- 51 Remedium cap. reintegranda, 3. q. 1. an datur contra singularem successorem, titulo & bona fide possidentem, qui causam habuit a bona fidei auctore? & numer. sequent.
- 52 Probata antiquiori possessione, noua & recens præsumitur clandestina.

- 53 Hoc procedit, nisi constaret, antiquum possessorem iuste possessionem amississe.
- 54 In dubio non præsumitur, quem iuste possessionem amississe, sed potius contrarium.
- 55 Possessio nona præsumitur clandestina, præcipue si hoc fuerit allegatum.
- 56 Imò allegari & articulari debet, quod aduersarius clam possidet respectu antiquioris possessionis, & quomodo probetur bona fides iunioris possessoris.
- 57 Dicitio hac, quibuslibetque vel quacunque, cum sit valde generalis, comprehendit omnes casus, etiam præuilegiatos.
- 58 Spoliatus ante omnia est restituendus interdico vnde vi.
- 59 Referuntur plurimi auctores, ultra quadraginta numero, tenentes partem affirmatiuam, remedium nempe dicit. cap. reintegranda, dari contra titulo & bona fide possidentem, iuxta magis communem opinionem Canonistarum.
- 60 In Publiciana ex duobus titulum à diuersis dominis habitibus, præfertur ille, qui de præfinito possidere reperitur.
- 61 Remedium d. c. reintegranda, est inductum, ne is, qui aliena occupauit, in peccato mortuus iaceat.
- 62 Remedium d. c. reintegranda, non est inuentum ad iustos possessores perpetuo inquirentes, contra nonnullos Doctores al. ad volentes.
- 63 Referuntur alij quadraginta auctores, plus aut minus, negatiuam sententiam probantes, nempe remedium d. Canonis reintegranda, non dari contra titulo & bona fide possidentem, esseque magis communis Legistarum verior & tenenda.
- 64 Quæ sententia magis communis Legistarum, absq. dubio procedat, si tertius hic singularis possessor cum titulo & bona fide, per tantum temporis spatium rem possideret, ut legitime eam præscripsisset.
- 65 Referuntur due concordia inter præd. magis communes sententias contrarias.
- 66 Titium clandestinitatis tollitur per interuenum tituli & bone fidei, & n. 79.
- 67 C. reintegranda, 3. q. 1. non tollit legitimam præscriptionem, sed loquitur in fauorem bona fidei possessoris, contra male fidei possessorem.
- 68 Male fidei possessor nullo tempore, etiam immemoriali, præscribit.
- 69 Male fidei possessor in æternum ex Pontificis constitutionibus præscribit.
- 70 Possessor bona fidei, etiam re vitio reali affecta, potest præscribere longissimo tempore, nempe quadraginta annorum.
- 71 Sicque intelligenda est communis sententia, qua habet, quod remedium d. c. reintegranda, datur perpetuo vsque ad triginta annos.
- 72 Possessor bona fidei & cum titulo, absque vitio reali, habens causam à bona fidei auctore titulato potest præscribere tempore ordinario, decem inter præfentes, & viginti annorum inter absentes, & contra eum non competit remedium d. c. reintegranda.
- 73 Hoc non procedit in casibus, in quibus ratione & personarum præuilegio, maius tempus ad præscribendum requiritur, ut in Ecclesia.
- 74 Annales & triennales possessores post annum & triennium (sunt tituli in beneficiabilibus, per regulas Cellularia.
- 75 Cap. Episcopi, 3. q. 1. & c. Ecclesia, 1. q. 2. in illis verbis, & à quibuslibetque, & c. intelligitur de mala fidei possessoribus.
- 76 Remedium cap. reintegranda, 3. q. 1. non datur mala fidei possessoribus.
- 77 Interdictio rei possidendi nouus possessor cum titulo, antiquiori sine titulo præfertur.

- 78 Non est bona consequentia, Tituli exceptio non impedit possessionis restitutionem: Ergo agi potest contra singularem successorem, habentem titulum & bonam fidem, idem in exceptione domini, ut in n. 80.
- 81 In Regno Neapolitano Regia constitutio est prouisum contra millimum etiam successorem, in quem possessio semel vitio affecta transit.
- 82 Remedium d. c. reintegranda, conceditur contra singularem successorem cum bona fide, sed tamen sine titulo.
- 83 Remedium d. c. reintegranda, conceditur contra singularem successorem, cum titulo & bona fide, quando titulus fuit habitus post possessionem.
- 84 Remedium in d. c. reintegranda, datur contra singularem successorem cum titulo & bona fide, causam habentem ab auctore vitioso vel mala fidei.
- 85 Remedium d. c. reintegranda, datur contra singularem successorem cum titulo & bona fide, quous rei est affecta vitio reali, vel ob factum commissum, vel ob vim impulsam, quia tunc præscriptio ordinaria locum non habet, secus longissimi temporis quadraginta annorum.
- 86 Appellare an liceat à sententia lata in remedio dicit. cap. reintegranda, & num. seq. præcipue num. 8. 9. 3. 9. & 95.
- 87 Appellare licet de iure canonico, à quacunque sententia in possessorio lata.
- 88 Fallit in interdico restituenda, si notorie constat de possessione actoris, restitue nihil peremptorium alleget contra eam.
- 90 Appellari valet à sententia lata in remedio l. si quis in tantum, C. vnde vi.
- 91 Appellari non potest de iure ciuili à sententia in possessorio lata, quoad effectum suspensionum, sed tantum quoad deuolutiuum: quare non dicitur attentatum hoc casu, si sententia prima in possessorio lata, appellatione non obstante exequatur, n. 92.
- 92 De nullitate sententia bene dicit potest in possessorio, etiam de iure ciuili: quinimo & appellari ratione inordinati processus, & restitutio in integrum peti contra prædict. sententiam.
- 93 Notorius spoliator, etiam attenda benignitate iuris canonici, appellare non potest.
- 94 Appellare non licet, etiam de iure canonico in possessorio extraordinario.
- 95 Appellare licet à prima sententia lata in possessorio de iure nostro Regio, ac proinde pendente appellatione, non est mandanda executio, n. 98.
- 96 Appellare non licet, nec canonico à sententia missionis in possessionem, ex l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend. nisi constet de notoria iniustitia, ut in cum. 101.
- 100 Appellatione pendente à sententia lata super missione in possessionem bonorum, in fauorem heredis, non fit reuocatio attentatorum in Regijs prætorijs Hispania secundum usum forensium receptum.
- 101 Supplicatio bene admittitur in casu l. fin. C. de edit. Diui Adrian. tollend.
- 102 De remedio quod Hispani interim vocant.
- 104 Remedium interim, est preparatorium iudicij possessorij principalis atque plenarij.
- 105 Remedium interim, est iudicium summarissimum possessorium, ut nonnulli ita nominant.
- 106 Galli recedentiam vel casum nouitatis vocant.
- 107 Hispani appellant hoc iudicium, del interim.
- 108 Appellare non licet à sententia lata in hoc remedio de iure ciuili.
- 109 Appellare non licet hoc casu, etiam de iure canonico.
- 110 Appellare licet hoc casu de iure nostro Regio, nisi constaret de notoria iniustitia appellati & malitia præsumpta appellantis.